# FAMILIA ROMANA
# EXERCITIA LATINA: QVAESTIONES

## I. CAPITVLVM PRIMVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-21)***

1. Ubi est Rōma? ... ā ē ī ō ū ȳ  ā ē ī ō ū ȳ
2. Ubi est Italia? ...
3. Estne Graecia in Eurōpā? ...
4. Ubi est Aegyptus? ...
5. Estne Hispānia in Eurōpā? ...
6. Estne Syria in Eurōpā? ...
7. Ubi est Syria? ...
8. Estne Gallia in Asiā? ...
9. Ubi est Gallia? ...
10. Estne Germānia in Eurōpā? ...

***Lēctiō secunda (versūs 22-61)***

1. Estne Aegyptus in Āfricā? ...
2. Estne Hispānia in Āfricā? ...
3. Ubi est Hispānia? ...
4. Num Arabia in Eurōpā est? ...
5. Ubi est Arabia? ...
6. Ubi est Sparta? ...
7. Num Sparta īnsula est? ...
8. Quid est Sparta? ...
9. Num Euboea oppidum est? ...
10. Quid est Euboea? ...
11. Quid est Tūsculum? ...
12. Num Tūsculum oppidum Graecum est? ...
13. Num Nīlus fluvius parvus est? ...
14. Estne Crēta īnsula Graeca? ...
15. Suntne Rhodus et Naxus īnsulae Graecae? ...
16. Suntne multae īnsulae in Graeciā? ...
17. Suntne multī fluviī in Arabiā? ...
18. Quid est Tiberis? ...

***Lēctiō tertia (versūs 62-83)***

1. Quid est B? ...
2. Quid est II? ...
3. Quid est 'fluvius'? ...
4. Num C littera Graeca est? ...
5. Num 'fluvius' vocābulum Graecum est? ...
6. Estne D littera Latīna? ...
7. Quid est 'delta'? ...
8. Suntne A et B litterae Latīnae? ...
9. Num 'gamma' et 'delta' litterae Latīnae sunt? ...
10. Num C littera prīma est? ...
11. Num A littera secunda est? ...
12. Estne B littera secunda? ...

## II. CAPITVLVM SECVNDVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-24)***

1. Estne Iūlius vir Graecus? ...
2. Estne Aemilia fémina Graeca? ...
3. Suntne puerī Graecī Mārcus et Quīntus? ...
4. Num Iūlia puer Rōmānus est? ...
5. Num Mēdus fēmina est? ...
6. Num vir est Dēlia? ...
7. Mārcusne puer parvus est? ...
8. Quīntusne puer magnus est? ...
9. Estne magna puella Iūlia? ...

***Lēctiō secunda (versūs 25-61)***

1. Quis est pater Mārcī? ...
2. Quae est māter Mārcī? ...
3. Quae est fīlia Iūliī et Aemiliae? ...
4. Quī sunt fīliī Iūliī et Aemiliae? ...
5. Quis est Mēdus? ...
6. Quī sunt Mēdus et Dāvus? ...
7. Quae est Dēlia? ...

8. Quis est dominus servōrum? ...
9. Quae est domina ancillārum? ...
10. Cuius servus est Mēdus? ...
11. Cuius fīlius est Mārcus? ...
12. Quot servī sunt in familiā Iūliī? ...
13. Quot līberī in familiā sunt? ...
14. In Graeciā quot īnsulae sunt? ...

***Lēctiō tertia (versūs 62-92)***

1. Cornēlius: "Estne Mēdus fīlius meus?" ...
2. Cornēlius: "Estne Dēlia fīlia mea?" ...
3. Cornēlius: "Suntne ancillae meae Dēlia et Syra?" ...
4. Cornēlius: "Quī sunt fīliī meī#?" ...
5. Cornēlius: "Quot servī sunt in familiā meā?" ...
6. Iūlius: "In familiā meā sunt centum servī. Estne parva familia mea est?"

## III. CAPITVLVM TERTIVM

***Lēctiō secunda (versūs 22-48)***

*Exemplum*: Cūr Iūlia cantat? Iūlia cantat quia laeta est

1. Cūr Mārcus Iūliam pulsat? ...
2. Cūr Iūlia plōrat? ...
3. Cūr Mārcus rīdet? ...
4. Cūr Iūlia nōn pulsat Mārcum? ...
5. Cūr Aemilia venit? ...
6. Cūr Iūlius Quīntum nōn audit? ...
7. Cūr Mārcum verberat Aemilia? ...
8. Cūr Mārcus plōrat? ...
9. Cūr venit Iūlius? ...

***Lēctiō tertia (versūs 49-82)***

1. Quis Iūliam pulsat? ...
2. Quis plōrat? ...
3. Quis rīdet? ...
4. Quem Quīntus videt? ...
5. Quem Iūlia vocat? ...
6. Quis venit? ...
7. Quem Aemilia interrogat? ...
8. Quis vocat Iūlium? ...
9. Quem Aemilia verberat? ...
10. Quis iam plōrat? ...
11. Quem audit Iūlius? ...
12. Quem Iūlius verberat? ...

## IV. CAPITVLVM QVARTVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-43)***

1. Quot persōnae adsunt in scaenā prīmā? ...
2. Quot virī et quot fēminae adsunt? ...
3. Quid Iūlius in sacculō habet? ...
4. Centumne nummī in sacculō sunt? ...
5. Adestne Dāvus? ...
6. Quot servī adsunt? ...
7. Quis est servus quī adest? ...
8. Quem vocat Mēdus? ...
9. Quem Dāvus salūtat? ...
10. Quot servī iam adsunt? ...

***Lēctiō secunda (versūs 44-98)***

1. Quot persōnae adsunt in scaenā secundā? ...
2. Quem Mēdus accūsat? ...
3. Quid Dāvus in mēnsā pōnit? ...
4. Quot nummī in sacculō Dāvī sunt? ...
5. Estne Dāvus servus improbus? ...
6. Cūr Dāvus laetus discēdit? ...
7. Quid Mēdus videt in mēnsā? ...
8. Adestne Mēdus in scaenā tertiā? ...
9. Cūr Mēdus abest? ...
10. Num Mēdus servus probus est? ...

## V. CAPITVLVM QVINTVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-46)***

1. Ubi habitat Iūlius? ...
2. Num Iūlius sōlus habitat? ...
3. Quot fīliōs et quot fīliās habet Iūlius? ...
4. Quot servōs habet? ...
5. Ubi sunt rosae et līlia? ...
6. Ubi est impluvium? ...
7. Quot fenestrae in ātriō sunt? ...
8. Ubi dormit Quīntus? ...
9. Servī ubi dormiunt? ...
10. Estne Iūlius in vīllā? ...
11. Estne Aemilia in oppidō cum virō suō? ...
12. Sōlane est Aemilia in peristȳlō? ...

***Lēctiō secunda (versūs 47-105)***

1. Estne sōlus Iūlius? ...
2. Suntne ancillae cum Aemiliā? ...
3. Ubi sunt puerī? ...
4. Estne pulchrum peristȳlum? ...
5. Suntne parva cubicula līberōrum? ...
6. Quid agit Iūlia in hortō?
7. Cūr puerī Iūliam rīdent?

## VI. CAPITVLVM SEXTVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-45)***

1. Ubi est via Latīna? ...
2. Quid est Capua? ...
3. Num fluvius Tiberis tam longus est quam Nīlus? ...
4. Estne Tūsculum procul ā Rōmā? ...
5. Ubi est vīlla Iūliī? ...
6. Ubi est Iūlius? ...
7. Ambulatne Iūlius? ...
8. Quot servī apud dominum sunt? ...
9. Quī lectīcam portant? ...
10. Quid portant Syrus et Lēander? ...
11. Quō it Iūlius? ...
12. Unde venit Iūlius? ...
13. Cūr Mēdus apud dominum nōn est? ...
14. Suntne amīcī Mēdus et Dāvus? ...
15. Quō it Mēdus? ...
16. Unde venit Mēdus? ...
17. Ubi est Cornēlius? ...

***Lēctiō secunda (versūs 46-95)***

1. Ubi habitat Cornēlius? ...
2. Unde Cornēlius venit et quō it? ...
3. Ambulatne Cornēlius? ...
4. Cūr Mēdus equō nōn vehitur? ...
5. Cūr laetus est Mēdus? ...
6. Quae est Lȳdia? ...
7. Ubi Lȳdia habitat? ...
8. Cūr Ursus et Dāvus fessī sunt? ...
9. Cūr Iūlius fessus nōn est? ...
10. Quī Iūlium salūtant? ...

## VII. CAPITVLVM SEPTIMVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-29)***

1. Quid agunt Mārcus et Quīntus? ...
2. Estne Aemilia apud fīliōs? ...
3. Cūr Aemilia laeta nōn est? ...
4. Ubi est Iūlia? ...
5. Quid Iūlia ante nāsum tenet? ...
6. Rīdetne Iūlia? ...
7. Cūr Iūlia lacrimat? ...
8. Quid Iūlia in speculō videt? ...
9. Estne fōrmōsus nāsus Iūliae? ...

10. Quis in cubiculum eius intrat? ...
11. Cūr Syra lacrimās Iūliae nōn videt? ...
12. Quid Iūlia ante Syram tenet? ...
13. Cūr Syra oculōs claudit et tacet? ...

***Lēctiō secunda (versūs 30-60)***

1. Unde venit Iūlius? ...
2. Ubi servī lectīcam pōnunt? ...
3. Quī Iūlium salūtant ante ōstium? ...
4. Quō Iūlius et puerī intrant? ...
5. Quis ōstium post eōs claudit? ...
6. Ubi Lēander saccum pōnit? ...
7. Estne vacuus saccus Lēandrī? ...
8. Quid Iūlius ē saccō sūmit? ...
9. Quid Iūlius Mārcō et Quīntō dat? ...
10. Quid inest in saccō Syrī? ...
11. Fīliīsne tantum Iūlius māla et pira dat? ...
12. Adestne Iūlia? ...

***Lēctiō tertia (versūs 61-104)***

1. Cui Iūlius ōsculum dat? ...
2. Unde venit Aemilia? ...
3. Cūr Iūlia nōn adest? ...
4. Quō puerī currunt? ...
5. Estne Iūlia in hortō? ...
6. Quō it Dēlia? ...
7. Estne sōla Iūlia in cubiculō suō? ...
8. Quō Iūlia currit? ...
9. Quī sunt in ātriō? ...
10. Cui Iūlia ōsculum dat? ...
11. Quid Iūlius fīliae suae dat? ...

## VIII. CAPITVLVM OCTAVVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-35)***

1. Quis est Albīnus? ...
2. Quid vēndit Albīnus? ...
3. Aliī tabernāriī quid vēndunt? ...
4. Cūr fēminae ōrnāmenta emunt? ...
5. Num ōrnāmentum est līnea sine margarītīs? ...
6. Cūr Aemilia multa ōrnāmenta habet? ...
7. Ubi sunt margarītae Aemiliae? ...
8. Quid digitum Aemiliae ōrnat? ...
9. Estne Mēdus cum dominō suō? ...
10. Quod ōrnāmentum habet Lȳdia? ...
11. Cūr Lȳdia nūlla alia ōrnāmenta habet? ...

***Lēctiō secunda (versūs 36-82)***

1. Cūr Lȳdia cōnsistit? ...
2. Quid aspicit Lȳdia? ...
3. Quō eunt Mēdus et Lȳdia? ...
4. Quae ōrnāmenta Albīnus iīs ostendit? ...
5. Cūr Mēdus ōrnāmenta nōn emit? ...
6. Quid est ānulus gemmātus? ...
7. Quot sēstertiīs cōnstat ānulus gemmātus? ...
8. Quot sēstertiīs cōnstat gemma sōla? ...
9. Quid Mēdus videt post Albīnum? ...
10. Quid Lȳdia ante oculōs tenet? ...

***Lēctiō tertia (versūs 83-133)***

1. Quid Lȳdia Mēdō ostendit? ...
2. Cūr lacrimat Lȳdia? ...
3. Quid Mēdus in mēnsā pōnit? ...
4. Estne vacuus sacculus Mēdī? ...
5. Quantō pretiō Mēdus ānulum emit? ...
6. Cūr Mēdus Albīnō centum sēstertiōs nōn dat? ...
7. Cui Mēdus ānulum novum dat? ...
8. In quō digitō Mēdus ānulum pōnit? ...

9. Cūr ānulus ad digitum medium nōn convenit? ...
10. Ad quem digitum ānulus convenit? ...
11. Cūr laeta est Lȳdia? ...
12. Mēdusne Lȳdiae viam mōnstrat? ...

## IX. CAPITVLVM NONVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-38)***

1. Ubi est pāstor? ...
2. Quot ovēs apud eum sunt? ...
3. Quid inest in saccō pāstōris? ...
4. Ovēsne pānem edunt? ...
5. Cūr canis pāstōrem amat? ...
6. Quis est dominus pāstōris? ...
7. Quid vidētur post campum? ...
8. Inter montēs quid est? ...
9. Quot arborēs in colle sunt? ...
10. Cūr pāstor et ovēs in silvam nōn intrant? ...
11. Quid est in caelō? ...
12. Quō pāstor ovēs dūcit? ...
13. Cūr pāstor umbram petit? ...
14. Ubi iacet pāstor? ...

***Lēctiō secunda (versūs 39-86)***

1. Quō abit ovis nigra? ...
2. Dormitne canis? ...
3. Quid agit pāstor? ...
4. Ubi ovis nigra errat? ...
5. Quid ovis videt in terrā? ...
6. Quid lupus in silvā quaerit? ...
7. Quid pāstor et canis quaerunt? ...
8. Ululatne canis? ...
9. Quid ovis ante sē in umbrā videt? ...
10. Cūr lupus ovem relinquit? ...
11. Quō pāstor ovem nigram portat? ...
12. Cēterae ovēs quid agunt? ...

## X. CAPITVLVM DECIMVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-34)***

1. Quid est leō? ...
2. Quid bēstiae ferae edunt? ...
3. Cūr leōnēs ab hominibus timentur? ...
4. Quae bēstiae in aquā natant? ...
5. Quae bēstiae volant? ...
6. Quid movētur cum avis volat? ...
7. Quot pedēs habet homō? ...
8. Equus quot pedēs habet? ...
9. Cūr equus volāre nōn potest? ...
10. Cūr piscēs ambulāre nōn possunt? ...
11. Hominēsne natāre possunt? ...
12. Quis est Mercurius? ...
13. In pedibus et in petasō Mercuriī quid est? ...
14. Quōrum deus est Mercurius? ...
15. Quid est mercātor? ...

***Lēctiō tertia (versūs 74-131)***

1. Quid puerī in hortō agunt? ...
2. Quid agit Iūlia? ...
3. Cūr avēs hortī nōn canunt? ...
4. Cūr Mārcus Quīntum vocat? ...
5. Mārcusne in arborem ascendit? ...
6. Quid est in nīdō ad quem Quīntus ascendit? ...
7. Cūr rāmus tenuis Quīntum sustinēre nōn potest? ...
8. Quid Mārcus perterritus videt? ...
9. Estne mortuus Quīntus? ...
10. Pullīne mortuī sunt? ...
11. Quid facit Mārcus? ...
12. Quō pater currit et quid videt? ...
13. Quō Iūlius fīlium suum portat? ...
14. Quid videt Aemilia? ...

## XI. CAPITVLVM VNDECIMVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-41)***

1. Quot membra sunt in corpore hūmānō? ...
2. Quid est in bracchiō? ...
3. In crūre quid est? ...
4. Quot aurēs et quot oculī sunt in capite? ...
5. Quid est in ōre? ...
6. Cūr Syra male audit? ...
7. Ubi sunt pulmōnēs? ...
8. In corde et in vēnīs quid est? ...
9. Quī color est sanguinis? ...
10. In ventre quid est? ...
11. Quid est medicus? ...
12. Estne sānus Quīntus? ...
13. Estne sōlus in cubiculō suō? ...
14. Ubi sedet Aemilia? ...
15. Sedetne Syra?
16. Quid māter fīliō aegrō dat? ...
17. Cūr Quīntus mālum nōn ēst? ...

***Lēctiō secunda (versūs 42-91)***

1. Ubi habitat medicus? ...
2. Quō Iūlius servum suum īre iubet? ...
3. Ambulatne servus quī medicum arcessit? ...
4. Quō it Iūlius cum medicō? ...
5. Quid medicus videt? ...
6. Quid dīcit medicus? ...
7. Cūr Syra verba medicī audīre nōn potest? ...
8. Quid medicus Quīntum facere iubet? ...
9. Quī color est linguae? ...
10. Quid dīcit medicus? ...
11. Quid medicus videt inter dentēs albōs? ...
12. Suntne sānī dentēs Quīntī? ...
13. Quid dīcit Quīntus? ...
14. Quid medicus tangit? ...
15. Quid sentit Quīntus et quid dīcit? ...

***Lēctiō tertia (versūs 92-139)***

1. Cūr medicus Quīntum oculōs claudere iubet? ...
2. Quid Aemilia tenet sub bracchiō Quīntī? ...
3. Quid facit medicus? ...
4. Cūr Quīntus horret? ...
5. Cūr nōn potest movēre bracchium? ...
6. Quid dē bracchiō in pōculum fluit? ...
7. Cūr Syra putat Quīntum esse mortuum? ...
8. Quō medicus manum appōnit et quid sentit? ...
9. Quid dīcit medicus? ...
10. Cūr Syra gaudet? ...
11. Quid Aemilia dē bracchiō Quīntī dēterget? ...
12. Quid dīcit Quīntus? ...
13. Quid Aemilia Syram arcessere iubet? ...
14. Cui Aemilia aquam dat? ...
15. Cūr Quīntus medicum abesse gaudet? ...

## XII. CAPITVLVM DVODECIMVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-35)***

1. Quis est frāter Mārcī? ...
2. Quae soror Mārcī est? ...
3. Quot frātrēs sunt Iūliae? ...
4. Mārcō quot sorōrēs sunt? ...
5. Quot fīliī et quot fīliae Iūliō sunt? ...
6. Quod nōmen est fīliae? ...
7. Fīliīs quae nōmina sunt? ...
8. Quod nōmen mātrī est? ...
9. Quod cognōmen est Iūliō? ...
10. Num 'Quīntus' cognōmen est? ...
11. Quot nōmina virō Rōmanō sunt? ...
12. Quid est praenōmen? ...

13. Quis est avunculus Mārcī? ...
14. Quot frātrēs sunt Aemiliae? ...
15. Cūr Aemilia trīstis est? ...
16. Ubi est frāter Aemiliae? ...
17. Estne Aemilius mercātor Rōmānus? ...
18. Quid mīles Rōmānus fert? ...

***Lēctiō secunda (versūs 36-91)***

1. Quid agunt mīlitēs Rōmānī in Germāniā? ...
2. Quibus armīs mīlitēs Rōmānī pugnant? ...
3. Quid est eques? ...
4. Aemiliusne eques est? ...
5. Quam longum est pīlum Aemiliī? ...
6. Estne longus gladius eius? ...
7. Suntne Graecī hominēs barbarī? ...
8. Estne Germānia prōvincia Rōmāna? ...
9. Quid est prōvincia? ...
10. Quam prōvinciam Gallī incolunt? ...
11. Quod flūmen Germāniam ā Galliā dīvidit? ...
12. Quae flūmina fīnēs sunt imperiī Rōmānī? ...
13. Quae est patria Germānōrum? ...
14. Cūr Rōmānī contrā Germānōs pugnant? ...
15. Cui exercitus Rōmānus pāret? ...

***Lēctiō tertia (versūs 92-142)***

1. Ubi habitant mīlitēs Rōmānī? ...
2. Ubi sunt castra in quibus Aemilius habitat? ...
3. Cūr nūllī puerī in castrīs habitant? ...
4. Quid est circum castra Rōmāna? ...
5. Quam altum et quam longum est vāllum castrōrum? ...
6. Quot portae in castra dūcunt? ...
7. Quam lāta via est inter duās portās? ...
8. Cum castra oppugnantur, quid agunt Rōmānī? ...
9. Quibus armīs vāllum dēfenditur? ...
10. Quid facit mīles fortis quī ab hoste petitur? ...
11. Quō fugiunt Germānī? ...
12. Cūr pīla Germānōrum procul iacī nōn possunt? ...
13. Cūr Germānia ā Rōmānīs nōn expugnātur? ...
14. Num Rōma ab hostibus expugnārī potest? ...

## XIII. CAPITVLVM TERTIVM DECIMVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-45)***

1. Quot mēnsēs sunt in annō? ...
2. Quī mēnsis annī prīmus est? ...
3. Quis est mēnsis annī postrēmus? ...
4. Quot diēs habet annus? ...
5. Num homō ducentōs annōs vīvere potest? ...
6. Ā quō nōminātur mēnsis Iānuārius? ...
7. Quot oculōs et quot ōra habet deus Iānus? ...
8. Cūr mēnsis nōnus September nōminātur? ...
9. Quot diēs habet mēnsis September? ...
10. Quam longus est mēnsis Octōber? ...
11. Estne mēnsis Februārius longior quam Mārtius? ...
12. Quae est pars diēī postrēma? ...
13. In quot hōrās dīviditur diēs? ...
14. Quot mēnsēs sunt dīmidia pars annī? ...

***Lēctiō secunda (versūs 46-101)***

1. Unde venit lūx lūnae? ...
2. Num tōta lūna sōle illūstrātur? ...
3. Quis dīcitur diēs tertius decimus mēnsis Aprīlis? ...
4. Quō mēnse longissimī sunt diēs? ...
5. Quae sunt quattuor tempora annī? ...
6. Ā quō mēnse incipit annus? ...
7. Quod annī tempus incipit ā mēnse Decembrī? ...
8. Quī mēnsis annī frīgidissimus est? ...
9. Cūr multī hominēs urbem relinquunt aestāte? ...
10. Quandō folia dē arboribus cadunt? ...
11. Quandō arborēs novīs foliīs ōrnantur? ...
12. Quī diēs annī brevissimus est? ...

*Lēctiō tertia (versūs 102-149)*

1. Estne Quīntus in cubiculō suō? ...
2. Estne obscūrum cubiculum Quīntī? ...
3. Cūr Aemilia fenestram claudit? ...

4 Cūr Quīntus hōrās longās esse putat? ...

5 Quod tempus est annī? ...

6. Ā quō nōminātur mēnsis Iūlius? ...
7. Quod nōmen eī mēnsī erat ante tempus Caesaris? ...
8. Num Iūlius vel Quīntīlis mēnsis quīntus est? ...
9. Cūr Quīntus dormīre nōn potest? ...
10. Ubi sōl lūcet cum nox est in Italiā? ...
11. Quandō hominēs dormiunt? ...
12. Quae urbs est caput imperiī Rōmānī? ...

## XIV. CAPITVLVM QVARTVM DECIMVM

*Lēctiō prīma (versūs 1-32)*

1. Cūr Mārcus quiētus in lectō suō cubat? ...
2. Cūr alter puer vigilat nec dormīre potest? ...
3. Uter ē duōbus puerīs aegrōtat? ...
4. Pēsne sōlum dolet Quīntō? ...
5. Suntne magna cubicula puerōrum? ...
6. Uter puer fenestrā apertā dormit? ...
7. Quid per fenestram apertam intrat? ...
8. Cūr fenestra Quīntī clausa est? ...

9 . Quid audit Quīntus? ...

10. Cūr Mārcus gallum nōn audit? ...
11. Quid gallus canēns salūtat? ...
12. Quem vocat Quīntus? ...
13. Quōmodo sē habet pēs Quīntī hodiē? ...
14. Cūr Quīntus noctem longam esse putat? ...
15. Quid Dāvus puerō aegrō dat? ...

*Lēctiō secunda (versūs 33-74)*

1. Quō it Dāvus Quīntum relinquēns? ...
2. Vigilatne Mārcus? ...
3. Quōmodo Dāvus puerum excitat? ...
4. Quid Mārcus Dāvum afferre iubet? ...
5. Estne calida aqua quam Dāvus affert? ...
6. Quid Mārcus prīmum lavat? ...
7. Tōtumne corpus lavat Mārcus? ...
8. Estne frīgida aqua quā Rōmānī post merīdiem lavantur? .
9. Cūr nōn surgit Quīntus? ...
10. Doletne caput Mārcō? ...
11. Cūr Mārcus frīget? ...
12. Quid Mārcus ā Dāvō poscit? ...
13. Quae sunt vestīmenta Mārcī? ...
14. Num Dāvus Mārcum vestit? ...

*Lēctiō tertia (versūs 75-132)*

1. Quid est toga? ...
2. Utrum bracchium virō togātō nūdum est? ...
3. Cūr mīles Rōmānus togam nōn gerit? ...
4. Quid mīles manū sinistrā gerit? ...
5. Cūr Mārcus calceōs poscit? ...
6. Quō eunt Dāvus et Mārcus? ...
7. Quī sunt in ātriō? ...
8. Quid est ante parentēs? ...
9. Quō it Aemilia? ...
10. Quid māter fīliō aegrōtantī dat? ...
11. Quid pater dat fīliō valentī? ...
12. Quās rēs Mārcus sēcum fert? ...
13. Quis cum puerīs īre solet? ...
14. Quid dīcit puer discēdēns? ...
15. Quid pater respondet? ...

## XV. CAPITVLVM QVINTVM DECIMVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-40)***

1. Quō it Mārcus? ...
2. Quis est Diodōrus? ...
3. Cūr Mārcus magistrum suum metuit? ...
4. Quōmodo magister discipulōs improbōs pūnit? ...
5. Cui discipulī pārent? ...
6. Quis discipulus prīmus ad lūdum advenit? ...
7. Quid facit Sextus cum magister intrat? ...
8. Cūr īrātus est magister? ...
9. Estne Sextus discipulus improbus? ...
10. Quid facit Titus antequam lūdum intrat? ...
11. Quid magister eum facere iubet? ...
12. Cūr Titus librum suum nōn habet? ...
13. Tūne magister/magistra an discipulus/discipula es? ...

***Lēctiō secunda (versūs 41-95)***

1. Quis discipulus postrēmus advenit? ...
2. Mārcusne magistrum salūtat? ...
3. Cūr magister Mārcum verberat? ...
4. Cūr Mārcus nōn lacrimat? ...
5. Quō magister puerum redīre iubet? ...
6. Cūr Mārcus nōn cōnsīdit? ...
7. Quid est tergum? ...
8. Ubi est frāter Mārcī? ...
9. Cūr Quīntus in lūdum īre nōn potest? ...
10. Quid magister puerōs iubet? ...
11. Cūr Mārcus librum Titī habet? ...
12. Cūr Titus nōn potest mālum reddere Mārcō? ...

***Lēctiō tertia (versūs 96-128)***

1. Quid facit magister antequam recitāre incipit? ...
2. Tōtumne librum audiunt discipulī? ...
3. Cūr nōn audiunt posteriōrem librī partem? ...
4. Cūr magister recitāre dēsinit? ...
5. Quōmodo magister discipulōs excitat? ...
6. Quid Mārcus dīcit magistrō īrātō? ...
7. Quōmodo magister discipulōs pūnit? ...
8. Cūr discipulī nōn cōnsīdunt? ...
9. Cūr magister eōs ante sellās stāre iubet? ...
10. Quid recitat magister sedēns? ...
11. Num in lūdō dormīre licet? ...
12. Quid est lectulus? ...
13. Tūne stāns dormīre potes? ...
14. Ubi vōs dormīre solētis, discipulī? ...

## XVI. CAPITVLVM SEXTVM DECIMVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-40)***

1. Inter quae maria sita est Italia? ...
2. Cūr magnae nāvēs Rōmam adīre nōn possunt? ...
3. Ubi sita est Ōstia? ...
4. Quid dīcitur locus quō flūmen in mare īnfluit? ...
5. In quod mare Tiberis īnfluit? ...
6. Ubi sita sunt oppida Brundisium, Puteolī, Genua? ...
7. Quid est portus? ...
8. Quōmodo mercēs ex Āfricā in Italiam vehuntur? ...
9. Num mercēs tantum vehuntur nāvibus? ...
10. Quid facit is quī nāvigāre vult? ...
11. Quandō tranquillum est mare? ...
12. Quid est tempestās? ...
13. Cūr nautae tempestātēs metuunt? ...
14. Quid nautae in portū opperiuntur? ...

***Lēctiō secunda (versūs 41-95)***

1. Ubi sedet gubernātor et quid agit? ...
2. Quid est puppis? ...
3. Quae sunt quattuor partēs caelī? ...
4. Quae dīcitur ea caelī pars unde sōl oritur? ...

5. Pars contrāria quae est? ...
6. Unde Mēdus et Lȳdia nāvem cōnscendunt? ...
7. Quō proficīscuntur? ...
8. Cūr in Graeciam īre volunt? ...
9. Quid sēcum ferunt in nāve? ...
10. Quid Mēdus et Lȳdia ē nāve spectant? ...
11. Cūr hominēs in portū vix cernī possunt? ...
12. Num trīstis est Mēdus? ...
13. Cūr Lȳdia nōn laetātur? ...
14. Quōmodo Mēdus amīcam suam cōnsōlātur? ...
15. Quam in partem nāvigant? ...

***Lēctiō tertia (versūs 96-150)***

1. Quid Mēdus in occidente videt? ...
2. Quid gubernātor opperītur? ...
3. Cūr Neptūnum invocant nautae? ...
4. Cūr nāvis gubernārī vix potest? ...
5. Quid nautae ē nāve hauriunt? ...
6. Cūr mercēs in mare iaciuntur? ...
7. Ubi est mercātor cuius mercēs iaciuntur? ...
8. Quem dominum Lȳdia invocat? ...
9. Quid tum agit Mēdus? ...
10. Cūr Mēdus loquī nōn potest? ...
11. Cūr nautae aquam haurīre dēsinunt? ...
12. Mergiturne nāvis? ...

## XVII. CAPITVLVM SEPTIMVM DECIMVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-41)***

1. Quid magister puerōs docet? ...
2. Num doctī sunt discipulī? ...
3. Quī discipulus multās rēs discit? ...
4. Sedentne discipulī magistrō recitante? ...
5. Quid faciunt discipulī antequam respondent? ...
6. Omnēsne simul manum tollunt? ...
7. Quōs numerōs dīcit Titus? ...
8. Num Sextus omnēs numerōs dīcit ā C ad M? ...
9. Estne Sextus puer stultus? ...
10. Omnēsne discipulī rēctē respondent? ...
11. Cūr Mārcus prāvē respondet? ...

***Lēctiō secunda (versūs 42-87)***

1. Cūr Sextus et Titus laudantur ā magistrō? ...
2. Estne difficile quod magister interrogat? ...
3. Quem magister reprehendit? ...
4. Cūr Mārcus numquam laudātur?
5. Num Mārcus semper interrogātur? ...
6. Estne magister amīcus patribus discipulōrum? ...
7. Quīntusne ā magistrō reprehenditur? ...
8. Quot sunt quadrāgintā et octō? ...
9. Estne facile quod vōs interrogāminī, discipulī? ...
10. Tūne saepe ā magistrō/magistrā laudāris? ...
11. Tūne Mārcum stultum esse putās? ...

***Lēctiō tertia (versūs 88-152)***

1. Quid magister ē sacculō suō prōmit? ...
2. Quot assēs est sēstertius et quot sēstertiī dēnārius? ...
3. Quōmodo parvī discipulī computant? ...
4. Cūr Titus magistrō interrogantī nōn statim respondet? ...
5. Quid dīcit Sextus manum tollēns? ...
6. Cūr incertum est respōnsum Titī? ...
7. Sextusne incertus est? ...
8. Quid magister Sextō dat? ...
9. Estne largus magister Diodōrus? ...
10. Quārē puerī computāre discunt? ...
11. Cūr Mārcus decem assēs nōn habet? ...
12. Cūr magister Mārcum nihil docēre potest? ...
13. Tūne pecūniam tuam partīris cum amīcīs? ...

## XVIII. CAPITVLVM DVODEVICESIMVM

### *Lēctiō prīma (versūs 1-61)*

1. Quot sunt litterae Latīnae? ...
2. Quot sunt vōcālēs et quot cōnsonantēs? ...
3. Estne B vōcālis an cōnsonāns? ...
4. Suntne vōcālēs an cōnsonantēs litterae E et O? ...
5. In quibus vocābulīs reperiuntur litterae Y et Z? ...
6. Quid est zephyrus? ...
7. Num K littera frequēns est in linguā Latīnā? ...
8. Quid est 'Kaesō'? ...
9. In vocābulō 'familia' quot litterae et quot syllabae sunt? ...
10. Utrum vocābulum rārius est 'dominus' an 'erus'? ...
11. Quōs librōs magister legere potest? ...
12. Quōmodo parvus discipulus legit? ...
13. Quid scrībunt discipulī? ...
14. Omnēsne discipulī rēctē scrībunt? ...

### *Lēctiō secunda (versūs 62-118)*

1. Quālēs sunt litterae Sextī? ...
2. Cūr difficile est litterās Titī et Mārcī legere? ...
3. Titusne pulchrius scrībit quam Mārcus? ...
4. Cūr facile est rēctius quam Mārcus scrībere? ...
5. Cum quō discipulō sē comparat Titus? ...
6. Uter sevērius reprehenditur, Titusne an Mārcus? ...
7. Cūr Mārcus OMO ABET scrībit? ...
8. Quae littera in iīs vocābulīs deest? ...
9. Quot menda sunt in sententiā Mārcī? ...
10. Quōmodo magister menda Mārcī corrigit? ...
11. Cūr tenuēs sunt līneae quās Mārcus scrībit? ...
12. Quā māteriā tabulae operiuntur? ...
13. Quae animālia cēram faciunt? ...
14. Cūr Mārcus aliam tabulam poscit? ...
15. Quid est ferrum? ...

### *Lēctiō tertia (versūs 119-192)*

1. Quotiēs Mārcus eandem litteram scrībit? ...
2. Quotiēs scrībit tōtam sententiam? ...
3. Quid Titus in tabulā Mārcī animadvertit? ...
4. Cūr Titus nūllum verbum facit? ...
5. Quōmodo Mārcus vocābulum HOCVLOS corrigit? ...
6. Semperne domī est pater Mārcī? ...
7. Stilōne in cērā scrībit magister? ...
8. Ubi papȳrus reperītur? ...
9. Ad quem magister epistulam scrībit? ...
10. Quid magister in epistulā suā scrībit? ...
11. Quid magister poscit ā discipulīs? ...
12. Quid est mercēs? ...
13. Quandō discipulī mercēdem afferre solent? ...
14. Quid magister addit antequam epistulam signat? ...

## XIX. CAPITVLVM VNDEVICESIMVM

### *Lēctiō prīma (versūs 1-58)*

1. Cuius marītus est Iūlius? ...
2. Ubi sunt marītus et uxor et quid agunt? ...
3. Quōmodo sustinētur tēctum peristȳlī? ...
4. Quibus signīs peristȳlum ōrnātur? ...
5. Quae sunt Venus et Iūnō? ...
6. Cuius uxor est Iūnō? ...
7. Num Iuppiter bonus marītus est? ...
8. Cūr amantēs Venerem et Cupīdinem invocant? ...
9. Quot līberōs habent Iūlius et Aemilia? ...
10. Uter fīlius minor est, Mārcusne an Quīntus? ...
11. Quis est māximus līberōrum? ...
12. Quot annōs habet Iūlia? ...
13. Ante decem annōs ubi habitābat Aemilia? ...
14. Ubi est templum Iovis Optimī Māximī? ...
15. Estne Tūsculum oppidum māius quam Ōstia? ...
16. Quae est urbs māxima imperiī Rōmānī? ...

*Lēctiō secunda (versūs 59-88)*

1. Vīvitne pater Iūliī? ...
2. Ubi habitābat pater Aemiliae? ...
3. Num Iūlius propter pecūniam Aemiliam amābat? ...
4. Cūr tunc miser erat Iūlius? ...
5. Quem virum Aemilia amābat? ...
6. Cūr misera erat Aemilia? ...
7. Cūr Crassus Aemiliam nōn amābat? ...
8. Quid Iūlius ad Aemiliam mittēbat? ...
9. Omniane dōna Iūliī ab Aemiliā remittēbantur? ...
10. Cūr Iūlius et Aemilia hodiē beātī sunt? ...

*Lēctiō tertia (versūs 89-153)*

1. Amorne coniugum tempore minuitur? ...
2. Quid Aemilia dīcit? ...
3. Cūr rīdet Iūlius? ...
4. Cūr Crassus amōre Aemiliae dignus nōn erat? ...
5. Cūr Aemilia hodiē fēmina beāta est? ...
6. Quibus rēbus Aemilia cotīdiē dēlectātur? ...
7. Quōmodo Iūlius pulchritūdinem Aemiliae laudat? ...
8. Cūr Aemilia signum Veneris aspicit? ...
9. Estne Aemilia tam gracilis quam Venus? ...
10. Cūr Aemilia Iūlium virum stultum vocat? ...

## XX. CAPITVLVM VICESIMVM

*Lēctiō prīma (versūs 1-46)*

1. Quid est īnfāns? ...
2. Estne Quīntus īnfāns? ...
3. Num īnfāns in magnō lectō dormit? ...
4. Quōmodo parvulus īnfāns cibum postulat? ...
5. Quid tum facit māter? ...
6. Quō cibō alitur īnfāns parvulus? ...
7. Quid est nūtrīx? ...
8. Cūr tot īnfantēs Rōmānī ā nūtrīcibus aluntur? ...
9. Iūliane parvula īnfāns est? ...
10. Cūr vacuae sunt cūnae Aemiliae? ...
11. Quandō Aemilia rūrsus īnfantem habēbit? ...
12. Quot līberī tum erunt Iūliō et Aemiliae? ...
13. Quae verba īnfāns prīmum dīcere solet? ...

*Lēctiō secunda (versūs 47-102)*

1. Estne sermō parentum dē tempore praeteritō? ...
2. Cūr parentēs iam dē rēbus futūrīs colloquuntur? ...
3. Fīliumne an fīliam vult Aemilia? ...
4. Cūr Aemilia gradum adversus ōstium facit? ...
5. Discēditne Aemilia? ...
6. Num īnfāns Aemiliae ā nūtrīce alētur? ...
7. Cūr Aemilia ipsa īnfantem suum cūrāre vult? ...
8. Quid Aemilia officium mātris esse dīcit? ...
9. In quō cubiculō novus īnfāns nocte dormiet? ...
10. Cūr Iūlius in eōdem cubiculō dormīre nōn vult? ...
11. Quid Iūlius officium patris esse dīcit? ...

*Lēctiō tertia (versūs 103-164)*

1. Cui Aemilia in ōstiō occurrit? ...
2. Cūr Syra et Iūlia ex hortō exeunt? ...
3. Estne caelum serēnum? ...
4. Quō tum it Iūlius? ...
5. Sōlusne Iūlius in ātrium it? ...
6. In ātriōne colloquuntur coniugēs? ...
7. Quid silentēs aspiciunt? ...
8. Quis silentium eōrum animadvertit? ...
9. Quid Aemilia Iūliae interrogantī respondet? ...
10. Cūr miserī sunt līberī nautārum? ...
11. Quandō Iūlius ā vīllā proficīscētur? ...
12. Quam saepe Iūlius Rōmā ad vīllam revertētur? ...
13. Cūr Iūlia patre suō carēre nōn vult? ...
14. Utrum Iūlia vult, frātrem an sorōrem? ...

## XXI. CAPITVLVM VNVM ET VICESIMVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-26)***

1. Unde Mārcus revertitur? ...
2. Estne facile Mārcum cognōscere? ...
3. Cūr vestis eius ūmida est? ...
4. Quid dē nāsō Mārcī fluit? ...
5. Quis nāsum eius pulsāvit? ...
6. Nōnne Sextus ā Mārcō pulsātus est? ...
7. Quis est māximus ex tribus discipulīs? ...
8. Ubi puerī pugnāvērunt? ...
9. Cūr tam sordidus est Mārcus? ...
10. Quis Mārcum humī iacentem tenuit? ...
11. Quem Mārcus vocāvit? ...
12. Ā quō Sextus oppugnātus est? ...
13. Quōs vocāvit Sextus? ...
14. Ā quibus vōx Sextī audīta est? …

***Lēctiō secunda (versūs 27-78)***

1. Quid Iūlius in faciē fīliī cōnspicit? ...
2. Num bōs Mārcum pulsāvit? ...
3. Cūr Mārcus sōlus Sextum vincere nōn potest? ...
4. Quī Sextum humī iacentem tenuērunt? ...
5. Cūr Iūlius pugnam puerōrum ‘indignam’ dīcit? ...
6. Quō Iūlius Mārcum īre iubet? ...
7. Quid agit Mārcus in cubiculō suō? ...
8. Quis puerō novam vestem dat? ...
9. Quid Aemilia in solō cōnspicit? ...
10. Quid tum ait Iūlius? ...
11. Cūr Iūlius fīlium suum ‘porcum’ appellat? ...
12. Tūne hāc nocte bene dormīvistī? ...

***Lēctiō tertia (versūs 79-149)***

1. Quō it Mārcus postquam vestem mūtāvit? ...
2. Quem Mārcus in ātriō salūtat? ...
3. Cūr Aemilia fīlium suum laudat? ...
4. Num Mārcus dīcit ‘sē malum discipulum fuisse’? ...
5. Estne vērum id quod dīcit Mārcus? ...
6. Cūr puerī magistrum recitantem nōn audīvērunt? ...
7. Cūr tergum dolet Mārcō? ...
8. Quōmodo Mārcus mātrem fallit? ...
9. Cuius est tabella quam Mārcus ostendit? ...
10. Quis eās litterās pulcherrimās scrīpsit? ...
11. Quid Mārcus dīcit mātrī? ...
12. Num magister litterās Mārcī laudāvit? ...
13. Quid Mārcus dīcit dē cēterīs discipulīs? ...
14. Iūliusne fīliō suō crēdit? ...
15. Cūr Iūlius Aemiliae interrogantī nōn respondet? ...

## XXII. CAPITVLVM ALTERVM ET VICESIMVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-55)***

1. Ex quibus partibus cōnstat iānua vīllae? ...
2. Quid scrīptum est in līmine? ...
3. Quis dīcitur servus quī iānuam cūstōdit? ...
4. Quid facit is quī vīllam intrāre vult? ...
5. Ubi sedet iānitor? ...
6. Cūr canis iānitōris catēnā vincītur? ...
7. Ex quā māteriā catēna facta est? ...
8. Num ānulus Lȳdiae ex ferrō factus est? ...
9. Utrum dūrius est, lignumne an ferrum? ...
10. Quis dīcitur vir quī rēs ferreās efficit? ...
11. Cūr ‘tabellāriī’ dīcuntur servī quī epistulās ferunt? ...
12. Quōmodo iānitor ē somnō excitātur? ...
13. Cūr tabellārius nōn statim iānitōrī respondet? ...
14. Quid huic tabellāriō nōmen est? ...
15. Unde Tlēpolemus sē venīre dīcit? ...
16. Quid Iūlius post merīdiem agere solet? ...

***Lēctiō secunda (versūs 56-121)***

1. Cūr tabellārius in līmine resistit? ...
2. Quae imāgō in solō intrā līmen vidētur? ...
3. Quae verba īnfrā imāginem scrīpta sunt? ...
4. Num Tlēpolemus imāgine canis terrētur? ...
5. Quid agit canis cum Tlēpolemus ad eum accēdit? ...
6. Cūr canis excurrēns catēnā nōn retinētur? ...
7. Cūr tabellārius nōn audet locō sē movēre? ...
8. Quōmodo canis eum forās pellit? ...
9. Cūr tremit Tlēpolemus? ...
10. Cūr tabellārius iānitōrī pallium suum ostendit? ...
11. Quid tabellārius sēcum fert? ...
12. Quis epistulam in ātrium ad Iūlium fert? ...

## XXIII. CAPITVLVM VICESIMVM TERTIVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-40)***

1. Quid iānitor Iūliō trādit? ...
2. Quid dīcit iānitor? ...
3. Quōmodo Iūlius scit litterās ā Diodōrō missās esse? ...
4. Quid est signum magistrī? ...
5. Cūr Iūlius litterās magistrī legere nōn vult? ...
6. Quid Iūlius magistrō dēbet? ...
7. Quid Aemilia magistrum scrīpsisse arbitrātur? ...
8. Quōmodo Iūlius epistulam aperit? ...
9. Quid magister dē Mārcō scrīpsit? ...
10. Quō diē epistula scrīpta est? ...
11. Dē quā rē hic diēs magistrum monuit? ...
12. Cūr Mārcus patrem aspiciēns pallet? ...

***Lēctiō secunda (versūs 41-83)***

1. Estne tōta epistula dē pecūniā quam Iūlius dēbet? ...
2. Cūr Aemilia magistrum mercēdem merēre putat? ...
3. Num magister Mārcum litterīs suīs laudat? ...
4. Cūr Mārcus laudem nōn meret? ...
5. Quālis discipulus laudem meret? ...
6. Quid Iūlius dīcit dē Mārcō? ...
7. Quōmodo pater intellegit tabulam Sextī esse? ...
8. Num Mārcus hoc negat? ...
9. Quid Mārcus fatētur? ...
10. Cūr māter nescit puerōs in viā pugnāvisse? ...
11. Quid pater Sextī putābit? ...
12. Cūr Mārcus iam rubet? ...

***Lēctiō tertia (versūs 84-155)***

1. Quid Mārcus parentibus suīs prōmittit? ...
2. Cūr pater nōn crēdit eum prōmissum factūrum esse? ...
3. Verberatne Iūlius Mārcum? ...
4. Quid Iūlius Dāvum facere iubet? ...
5. Cūr Mēdus hodiē Mārcum comitārī nōn potuit? ...
6. Quis Mārcum comitābitur crās? ...
7. Quid Aemilia Iūlium factūrum esse putat? ...
8. Num Iūlius crēdit Mārcum iam mūtātum esse? ...
9. Ad quem Iūlius epistulam scrīptūrus est? ...
10. Ā quō epistula Iūliī trādētur magistrō? ...
11. Quid Iūlius magistrō respondēbit? ...
12. Cūr Iūlius magistrō mercēdem negat? ...
13. Cūr magister Mārcum nihil docēre potest? ...

## XXIV. CAPITVLVM VICESIMVM QVARTVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-51)***

1. Quiētēne iacet Quīntus in lectō? ...
2. Cūr dormīre nōn potest? ...
3. Quid puer facere cōnātur? ...
4. Quid mīrātur Quīntus? ...
5. Uter pēs māior est? ...
6. Cūr avēs in hortō silent? ...
7. Quō sonō silentium rumpitur? ...
8. Unde venit ille strepitus? ...

9. Quem vocat Quīntus? ...
10. Quid dīcit Quīntus dē pede suō aegrō? ...
11. Estne frāctum crūs eius? ...
12. Quārē Quīntus flēre incipit? ...
13. Quid agunt aliī puerī, dum Quīntus intus cubat? ...
14. Mārcusne cum aliīs puerīs lūdit? ...
15. Cūr Quīntus ignōrat Mārcum inclūsum esse? ...

***Lēctiō secunda (versūs 52-117)***

1. Cūr Quīntus mīrātur pedēs suōs aspiciēns?
2. Quam ob rem pēs eius aegrōtat?
3. Estne frāctum os crūris?
4. Quārē Mārcus forem frangere cōnātur?
5. Quid Syra Quīntō nārrat dē Mārcō?
6. Cūr Mārcus rediēns cruentus erat?
7. Quārē Mēdus ē vīllā fūgit?
8. Quid Syra dē cane iānitōris putat?
9. Cūr canis Quīntum dīligit?
10. Cūr Iūlius Mārcum nōn verberāvit?

## XXV. CAPITVLVM VICESIMVM QVINTVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-41)***

1. Quid Quīntus Syram sibi nārrāre iubet? ...
2. Quid fēcit Achillēs? ...
3. Quis prīmōs mūrōs Rōmānōs aedificāvit? ...
4. Quem Rōmulus interfēcit?
5. Cūr Quīntus fābulam dē Rōmulō audīre nōn vult? ...
6. Quālem fābulam Quīntus audīre cupit? ...
7. Quam fābulam Syra puerō nārrat? ...
8. Quāle mōnstrum erat Mīnōtaurus? ...
9. Ubi illud mōnstrum habitābat? ...
10. Quid est labyrinthus? ...
11. Clausane erat iānua labyrinthī? ...
12. Quis illum labyrinthum aedificāverat? ...
13. Unde veniēbant hominēs quōs edēbat Mīnōtaurus? ...
14. Quālia vēla gerēbat nāvis eōrum? ...

***Lēctiō secunda (versūs 42-88)***

1. Cūr Athēniēnsēs in Crētam mittēbantur? ...
2. Cūr Mīnōs Athēniēnsibus inimīcus erat? ...
3. Ubi Thēseus vīvēbat? ...
4. Quam bēstiam Thēseus iam necāverat? ...
5. Quid Thēseus tum agere cōnstituit? ...
6. Sōlusne Thēseus in Crētam profectus est? ...
7. Quō rēx Mīnōs Thēseum dūcī iussit? ...
8. Quae fuit Ariadna? ...
9. Cūr ea Thēseum servāre cōnstituit? ...
10. Quōmodo Ariadna Thēseō auxilium tulit? ...
11. Quid Thēseus Ariadnae prōmīsit? ...
12. Quid fēcit Thēseus in labyrinthō? ...
13. Quōmodo exitum labyrinthī repperit? ...

***Lēctiō tertia (versūs 89-144)***

1. Quid Thēseus cīvibus suīs ostendit? ...
2. Num Thēseus sōlus ē Crētā profectus est? ...
3. Ubi Ariadnam relīquit Thēseus? ...
4. Ubi amīcum suum Ariadna quaesīvit? ...
5. Quid puella ē saxō prōspiciēns vīdit? ...
6. Quid facere solent hominēs quī maerent? ...
7. Cūr Syra virīs nōn crēdit? ...
8. Quō Thēseus Nāxō profectus est? ...
9. Unde Aegeus rēx in mare prōspiciēbat? ...
10. Cūr Aegeus fīlium suum mortuum esse arbitrābātur? ...
11. Quid tum fēcit Aegeus? ...
12. Quod mare ab Aegeō rēge appellātum est? ...
13. Ubi situm est mare Aegaeum? ...
14. Quis rēx Athēniēnsium factus est post Aegeum? ...

## XXVI. CAPITVLVM VICESIMVM SEXTVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-31)***

1. Cūr rēx Thēseum fugientem cōnsequī nōn potuit? ...
2. Quō Mīnōs Daedalum inclūdī iussit? ...
3. Quid Daedalus cōnfēcerat et Ariadnae dederat? ...
4. Quis cum Daedalō in labyrinthum inclūsus est? ...
5. Cūr Syra hīc fīnem facere vult? ...
6. Quā viā Daedalus effugere cōnstituit? ...
7. Cūr Īcarus labyrinthum ‘carcerem’ appellāvit? ...
8. Quārē fessus erat Īcarus? ...
9. Multumne cibī iīs reliquum erat? ...
10. Quōrum auxilium Īcarus opperiēbātur? ...

***Lēctiō secunda (versūs 32-82)***

1. Quid Daedalus excōgitāverat? ...
2. Quae via sōla iīs patēbat ad fugiendum? ...
3. Quid Daedalus suprā sē vīdit? ...
4. Quae animālia nātūrā volāre possunt? ...
5. Cūr homō volāre nōn potest? ...
6. Quās rēs mīrābilēs Daedalus iam cōnfēcerat? ...
7. Quōmodo Daedalus ālās cōnfēcit? ...
8. Ubi fīxae sunt ālae? ...
9. Cūr Īcarus nōn statim volāre potuit? ...
10. Quid Daedalus fīlium suum docuit? ...
11. Ubi pater Īcarum volāre iussit? ...
12. Cūr eī nōn licēbat in summum caelum ascendere? ...

***Lēctiō tertia (versūs 83-145)***

1. Quis fugam Daedalī et Īcarī animadvertit? ...
2. Quid arbitrātus est pāstor quī eōs volāre vīdit? ...
3. Cūr pater et fīlius nōn rēctā viā Athēnās volāvērunt? ...
4. Quid volantēs sub sē vīdērunt? ...
5. Quid est Peloponnēsus? ...
6. Quōmodo Peloponnēsus cum reliquā Graeciā coniungitur? ...
7. Quid est Corinthus? ...
8. Quārē Īcarus ad sōlem ascendit? ...
9. Quid tum puerō temerāriō accidit? ...
10. Quid appellātur id mare quō Īcarus cecidit? ...
11. In quā īnsulā inventum est corpus puerī? ...
12. Cūr Quīntus fessus nōn est fābulās audiendō? ...
13. Quārē nārrātur haec fābula? ...

## XXVII. CAPITVLVM VICESIMVM SEPTIMVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-49)***

1. Quid Iūlius post merīdiem facere solet? ...
2. Quid crēscit in agrīs quī hortum cingunt? ...
3. Quō mēnse metitur frūmentum? ...
4. Quid est agricolae negōtium? ...
5. Quid est arātrum?
6. Quae bēstiae arātrum trahunt? ...
7. Quōmodo serit agricola? ...
8. Quō īnstrūmentō ūtitur agricola quī metit? ...
9. Cuius pater est Sāturnus? ...
10. Quid fēcit Sāturnus postquam ē caelō pulsus est? ...
11. Cūr magna Italiae pars nōn arātur? ...
12. Quid est negōtium pāstōris? ...
13. Unde frūmentum Rōmam invehitur? ...
14. Cūr necesse est solum Āfricae rigāre? ...
15. Quotiēs in annō Aegyptiī metere possunt? ...

***Lēctiō secunda (versūs 50-114)***

1. Ubi ambulat Iūlius? ...
2. Quālēs sunt vīllae quibus lacus Albānus cingitur? ...
3. In quā Italiae regiōne plūrimae sunt vīllae? ...
4. Quōs Iūlius ambulāns aspicit in agrīs? ...
5. Cūr Iūlius sē prae agricolīs beātum esse cēnset? ...
6. Quid est colōnus? ...
7. Omnēsne colōnī mercēdem ad diem solvērunt? ...

8. Quot sēstertiōs quīdam colōnus Iūliō dēbet? ...
9. Quid Iūlius illī colōnō imperat? ...
10. Quid colōnus Iūlium ōrat? ...
11. Cūr colōnus mercēdem statim solvere nōn potest? ...
12. Quot līberī illī colōnō sunt? ...
13. Cūr uxor colōnī līberōs cūrāre nōn potest? ...
14. Quid Iūlius colōnum monet? ...

***Lēctiō tertia (versūs 115-180)***

1. Dē quibus rēbus Iūlius agricolās interrogat? ...
2. Cūr agricola cēnset vīnum bonum futūrum esse? ...
3. Quid vīneīs māximē prōdest? ...
4. Quid Iūlius agricolās monet? ...
5. Cūr agrī Iūliī arte rigārī nōn possunt? ...
6. Quid est officium pāstōris? ...
7. Cūr ovis nigra ē grege aberrāvit? ...
8. Quōmodo servāta est ovis? ...
9. Quid Iūlius dē illō pāstōre exīstimat? ...
10. Cūr necesse nōn est pāstōrem arcessere? ...
11. Quid pāstor dominum ōrat? ...
12. Quid Iūlius duōbus agricolīs imperat? ....
13. Quid faciunt ovēs dum pāstor ita tenētur? ...
14. Agricolae hoc videntēs quid agunt? ...
15. Tūne Iūlium dominum sevērum esse cēnsēs? ...

## XXVIII. CAPITVLVM DVODETRICESIMVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-55)***

1. Quō nāvigant Mēdus et Lȳdia? ...
2. Estne mare adhūc turbidum? ...
3. Ubi est fretum Siculum? ...
4. Quā dē causā gaudent nautae? ...
5. Cūr nōn gaudet mercātor? ...
6. Dē quibus rēbus cōgitat Mēdus? ...
7. Cūr Lȳdia Mēdum aegrōtāre putat? ...
8. Ubi nātus est Chrīstus? ...
9. Ubi sita est Iūdaea? ...
10. Quī Chrīstum parvulum adōrāvērunt? ...
11. Cūr hominēs aegrī ad Chrīstum conveniēbant? ...
12. Quid Lȳdia Mēdō ostendit? ...

***Lēctiō secunda (versūs 56-108)***

1. Cūr Mēdus Lȳdiae libellum reddit neque ipse legit? ...
2. Quid Iēsūs virō claudō imperāvit? ...
3. Quid Iaīrus rogāvit Iēsum? ...
4. Quid fēcit Iēsūs in domō Iaīrī? ...
5. Potestne Iuppiter hominēs mortuōs suscitāre? ...
6. Quī diī mundum inter sē dīvīsērunt? ...
7. Quis deus rēx maris est? ...
8. Quis apud Īnferōs rēgnat? ...
9. Quōmodo Iēsūs ad nāviculam discipulōrum vēnit? ...
10. Cūr turbātī sunt quī in nāviculā erant? ...
11. Quid Iēsūs Petrum facere iussit? ...
12. Num Petrus mersus est? ...
13. Quid dīxērunt discipulī postquam Iēsūs in nāviculam ascendit? ...

***Lēctiō tertia (versūs 109-189)***

1. Quem gubernātor putat potestātem maris habēre? ...
2. Iamne nāvis extrā perīculum est? ...
3. Quārē praedōnēs maritimī nāvēs persequuntur? ...
4. Quae perīcula in fretō Siculō nautīs impendent? ...
5. Cūr Mēdus in Graeciā vīvere māvult quam in Italiā? ...
6. Cui dominō Mēdus serviēbat? ...
7. Quid dominus Rōmānus ā Mēdō postulābat? ...
8. Quārē Mēdus ē vīllā dominī Rōmam fūgit? ...
9. Quōmodo Mēdus Lȳdiae persuāsit ut sēcum venīret? ...
10. Quid Lȳdia gubernātōrī ostendit? ...
11. Cūr gubernātor Mēdum ānulum ēmisse mīrātur? ...
12. Cūr Mēdus rubet neque respondet? ...

## XXIX. CAPITVLVM VNDETRICESIMVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-59)***

1. Ubi sunt eae nāvēs quae in mare mersae sunt? ...
2. Cūr mercātōrēs domī remanēre solent? ...
3. Quōmodo lucrum faciunt mercātōrēs? ...
4. Quid mercātor Ōstiā proficīscēns spērābat? ...
5. Quōmodo mercātor iam pauper factus est? ...
6. Quā dē causā queritur mercātor? ...
7. Quōs mercātor alere dēbet? ...
8. Quōmodo gubernātor mercātōrem cōnsōlātur? ...
9. Quem accūsat mercātor? ...
10. Cūr nautae sē fēlīcēs esse cēnsent? ...
11. Quid mercātor deōs precātur? ...
12. Quid sē interrogat miser mercātor? ...

***Lēctiō secunda (versūs 60-126)***

1. Quid Orpheus cantū suō efficiēbat? ...
2. Quārē Orpheus ad Īnferōs dēscendit? ...
3. Quam fābulam nārrat gubernātor? ...
4. Cūr nautae Arīonī invidēbant? ...
5. Quid Arīōn nautās precātus est? ...
6. Quid nautae Arīonī imperāvērunt? ...
7. Quid fēcit Arīōn antequam in mare dēsiluit? ...
8. Quōmodo servātus est Arīōn? ...
9. Cui Arīōn dē salūte suā nārrāvit? ...
10. Num rēx Periander Arīonī crēdidit? ...
11. Quid rēx nautās interrogāvit? ...
12. Vērumne iī respondērunt? ...
13. Cūr nautae maleficium suum confessī sunt? ...
14. Quid nōs monet haec fābula? ...

***Lēctiō tertia (versūs 127-202)***

1. Quid Lȳdia Mēdum interrogāverat? ...
2. Quid nunc respondet Mēdus? ...
3. Quid Mēdus appellātur ā Lȳdiā? ...
4. Quōmodo Mēdus sē excūsat? ...
5. Quārē Mēdus fūrtum fēcit? ...
6. Cūr Lȳdia ānulum suum abicere vult? ...
7. Cūr Polycratēs ānulum suum abiēcit? ...
8. Ubi inventus est ānulus Polycratis? ...
9. Quōmodo mortuus est ille tyrannus? ...
10. Quid nōs docet fortūna eius? ...
11. Cūr Mēdus gubernātōrem prōspicere iubet? ...
12. Cūr pallet gubernātor? ...
13. Quōmodo nāvis celerrimē vehī potest? ...
14. Cūr altera nāvis celerius vehitur? ...

## XXX. CAPITVLVM TRICESIMVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-38)***

1. Quid agit Iūlius ex agrīs reversus? ...
2. Lavāturne Iūlius aquā frīgidā tantum? ...
3. Quī adveniunt dum Iūlius vestem novam induit? ...
4. Quī sunt Cornēlius et Orontēs? ...
5. Fabia et Paula quae sunt? ...
6. Quārē hospitēs eā hōrā adveniunt? ...
7. Quis hospitēs advenientēs recipit? ...
8. Quōmodo Aemilia marītum suum tardum excūsat? ...
9. Quid Iūlius intrāns Cornēlium interrogat? ...
10. Quid respondet Cornēlius? ...
11. Quandō Orontēs ex itinere revertit? ...
12. Quid Iūlius audīre cupit? ...
13. Num Iūlius ipse in agrīs labōrat? ...
14. Tūne vītam rūsticam molestam esse cēnsēs? ...
15. Utrum rūrī an in urbe vīvere māvīs? ...

***Lēctiō secunda (versūs 39-85)***

1. Utrum malum māius est, famēsne an sitis? ...
2. Quid Orontēs bibere māvult quam aquam? ...

3. Quārē hominēs edunt et bibunt? ...
4. Ubi coquitur cibus? ...
5. Cuius negōtium est cibum coquere? ...
6. Quot lectī et quot mēnsae sunt in triclīniō? ...
7. Quibus rēbus exōrnātur triclīnium? ...
8. Num convīvae in sellīs sedentēs cēnant? ...
9. Quot convīvae in singulīs lectīs accubant? ...
10. Quandō convīvae in triclīnium intrābunt? ...
11. Quot sunt bis bīna? ...

***Lēctiō tertia (versūs 86-158)***

1. Utrum pretiōsius est, aurumne an argentum? ...
2. Num convīvae Iūliī ē vāsīs aureīs cēnant? ...
3. In quō lectō accumbit dominus convīviī? ...
4. Quid convīvīs Iūliī appōnitur? ...
5. Quid est caput cēnae? ...
6. Quārē Orontēs salem carnī aspergit? ...
7. Quid ministrī in pōcula fundunt? ...
8. Quid pōtat Orontēs? ...
9. In quō lectō accubant lībertīnī? ...
10. Quid est Falernum? ...
11. Quōmodo Paula vīnum suum dulce facit? ...
12. Quid Iūlius Orontem interrogat? ...
13. Cūr Orontēs sententiam suam dīcere nōn vult? ...
14. Quid tum Iūlius prōferrī iubet? ...
15. Utrum vīnum convīvīs magis placet? ...

## XXXI. CAPITVLVM VNVM ET TRICESIMVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-58)***

1. Dē quibus rēbus est sermō convīvārum? ...
2. Quid Iūlius hospitēs suōs interrogat? ...
3. Cūr paucās epistulās accipit Iūlius? ...
4. Quem Cornēlius in viā Latīnā vīdit? ...
5. Quam fābulam nārrat Orontēs? ...
6. Cūr Iūlius Orontem interpellat? ...
7. Quōmodo Midās rēs in aurum mūtāre poterat? ...
8. Quis rēgī hoc mūnus dederat? ...
9. Num Midās illō mūnere mīrābilī dēlectābātur? ...
10. Quid Bacchus rēgī suāsit? ...
11. Quid accidit cum rēx in flūmine lavārētur? ...
12. Quid Iūlius Mēdum fēcisse nārrat? ...
13. Omnēsne servī Iūliī īnfīdī sunt? ...

***Lēctiō secunda (versūs 59-131)***

1. Quid Iūlius faciet Mēdō sī eum invēnerit? ...
2. Ubi Cornēlius Mēdum latēre putat? ...
3. Estne facile servum fugitīvum Rōmae reperīre? ...
4. Quid Iūlius dabit eī quī Mēdum retrāxerit? ...
5. Quid Aemilia virō suō suādet? ...
6. Utrum clēmēns an sevērus dominus est Iūlius? ...
7. Cūr dominō sevērō tot hostēs sunt quot servī? ...
8. Cūr Iūlius sē dominum iūstum esse cēnset? ...
9. Quārē servī fugitīvī sevērē pūniuntur? ...
10. Cūr Solō nūllam poenam statuit in parricīdās? ...
11. Quid fēcit Titus Mānlius Torquātus? ...

***Lēctiō tertia (versūs 132-204)***

1. Quālēs īnfantēs ōlim ad bēstiās expōnēbantur? ...
2. Quī hominēs ad bēstiās mittuntur? ...
3. Num omnēs īnfantēs expositī perībant? ...
4. Cuius fīlius fuit Paris? ...
5. Quōmodo Paris īnfāns servātus est? ...
6. Quid fēcit Paris iuvenis? ...
7. Nestor quis fuit? ...
8. Cūr cēterī convīvae Orontem tacēre iubent? ...
9. Quid Orontēs dīcit Aemiliae? ...
10. Quid Aemilia respondet? ...
11. Quid cantat Orontēs? ...
12. Cūr Orontēs carminis fīnem nōn facit? ...

## XXXII. CAPITVLVM ALTERVM ET TRICESIMVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-59)***

1. Cūr praedōnēs ā nautīs timentur? ...
2. Quōmodo Caesar ā praedōnibus līberātus est? ...
3. Cūr nōnnūllae īnsulae ab incolīs dēserēbantur? ...
4. Quamobrem inopia frūmentī facta est Rōmae? ...
5. Quid tum populus Rōmānus postulāvit? ...
6. Quis classī Rōmānae praepositus est? ...
7. Unde praedōnēs prīmum pulsī sunt ā Pompēiō? ...
8. Quid victōriā Pompēiī effectum est Rōmae? ...
9. Quārē classis Rōmāna cūncta maria percurrit? ...
10. Quid mare Internum appellātur ā Rōmānīs? ...
11. Quamobrem perturbātī sunt amīcī nostrī? ...

***Lēctiō secunda (versūs 60-129)***

1. Quid agit Lȳdia cum nāvem appropinquāre videat? ...
2. Quōmodo Mēdus praedōnibus resistere potest? ...
3. Cūr Lȳdia ā Mēdō auxilium petere nōn vult? ...
4. Cūr gubernātor Mēdō dissuādet nē gladiō ūtātur? ...
5. Quōmodo gubernātor sē servātum īrī spērat? ...
6. Cūr Mēdus nūllam sibi spem esse arbitrātur? ...
7. Num mercātor amīcīs suīs cōnfīdit? ...
8. Quid Ovidius dē amīcīs exīstimābat? ...
9. Cūr gubernātor putat amīcōs sibi grātiam habēre? ...
10. Quandō vērus amīcus cognōscitur? ...

***Lēctiō tertia (versūs 130-224)***

1. Quōmodo Mēdus servus factus est? ...
2. Cūr nōn anteā id nārrāvit? ...
3. Quid optat Mēdus? ...
4. Quantum pretium pīrātae ā Caesare postulāvērunt? ...
5. Quantum pecūniae Caesar pīrātīs obtulit? ...
6. Quōmodo Caesar pīrātās pūnīvit? ...
7. Cūr Mēdus ānulum reddit Lȳdiae? ...
8. Quid tum Lȳdia intellegit? ...
9. Quae sunt nāvēs persequentēs? ...
10. Quōmodo nautae nāvēs longās salūtant? ...
11. Quid Mēdus ā mīlitibus timet? ...
12. Quōmodo Lȳdia eum cōnsōlātur? ...
13. Quō classis cursum flectit? ...
14. Quid amīcīs nostrīs optāmus? ...

## XXXIII. CAPITVLVM TRICESIMVM TERTIVM

***Lēctiō prīma (versūs 1-47)***

1. Quot cohortēs sunt in singulīs legiōnibus? ...
2. Quae sunt arma auxiliōrum? ...
3. Quod signum ante legiōnem fertur? ...
4. Quid vocātur exercitus quī in itinere est? ...
5. Quōmodo legiō ad proelium īnstruitur? ...
6. Quid agit dux ante proelium? ...
7. Quō nōmine appellātur dux post magnam victōriam? ...
8. Quōmodo castra Rōmāna mūniuntur? ...
9. Quārē Aemilius puer gladiōs ligneōs sibi faciēbat? ...
10. Cui reī studēbat Aemilius adulēscēns? ...
11. Ad quod studium pater fīlium hortābātur? ...
12. Quō Aemilius ā patre missus est? ...
13. Quālis mīles est Aemilius? ...
14. Dē quibus rēbus Aemilia ad frātrem scrībere solet? ...
15. Quid appāret ex epistulīs Aemiliī novissimīs? ...

***Lēctiō secunda (versūs 48-104)***

1. Ubi sunt Alpēs? ...
2. Quid Aemilius cognōvit ex epistulā sorōris? ...
3. Cūr Aemilius permovētur epistulīs legendīs? ...
4. Quod flūmen praeter castra Aemiliī fluit? ...
5. Quis deus trāns montēs amnēsque volāre potest? ...
6. Quārē legiōnēs Rōmānae in Germāniā sunt? ...
7. Quamdiū legiōnēs in Germāniā remanēbunt? ...

8. Quot litterās Aemilius ā sorōre accēpit? ...
9. Cūr ipse neglegēns fuit in scrībendō? ...
10. Cūr iam nūllus hostis armātus citrā flūmen est? ...
11. Estne tibi ōtium ad multās epistulās scrībendās? ...

*Lēctiō tertia (versūs 105-192)*

1. Quid mediā nocte in castra nūntiātum est?
2. Cūr mīlitēs Rōmānī dubitābant an vērum dīxisset nūntius? ...
3. Quid factum est paulō ante lūcem? ...
4. Num Germānī vāllum ascendere potuērunt? ...
5. Quōmodo hostēs perturbātī sunt ? ...
6. Quō fūgērunt hostēs?
7. Quot hominēs Germānī eō proeliō āmīsērunt? ...
8. Cūr dux mīlitēs suōs laudāvit? ...
9. Quārē lēgātī Germānōrum ad castra vēnērunt? ...
10. Quōmodo Valerius interfectus est? ...
11. Quid amīcus moriēns Aemilium ōrāvit? ...
12. Cūr Aemilius puer Tibullum poētam dēspiciēbat? ...
13. Quid postrēmō sorōrem monet Aemilius? ...

## XXXIV. CAPITVLVM TRICESIMVM QVARTVM

*Lēctiō prīma (versūs 1-58)*

1. Quid Aemilia Fabiae nārrat? ...
2. Num Aemilia medicum prūdentem esse cēnset? ...
3. Quid Fabia nārrat Aemiliae? ...
4. Cum quibus puerīs pugnāvit Sextus? ...
5. Quōmodo Sextus, puer validus, vincī potuit? ...
6. Iīsdemne rēbus student Mārcus et Sextus? ...
7. Dē quā rē Cornēlius loquī incipit? ...
8. Quid Aemilia quaerit ā Cornēliō? ...
9. Semperne occīditur gladiātor victus? ...
10. Quid Rōmānī in circum spectātum eunt? ...
11. Quid Fabia spectāre māvult? ...
12. Quis est Plautus? ...

*Lēctiō secunda (versūs 59-154)*

1. Quārē Ovidius in circum vēnerat? ...
2. Cūr equōs nōn spectābat? ...
3. Num Ovidius bellum Trōiānum cecinit? ...
4. Cuius poētae carmina Fabia audīre cupit? ...
5. Quod carmen Iūlius prīmum recitat? ...
6. Quamobrem ocellī Lesbiae turgidī rubēbant? ...
7. In Catullī carmine quid significat ‘nox perpetua’? ...
8. Cūr Catullus Lesbiam uxōrem nōn dūxit? ...
9. Quālis fēmina erat Lesbia? ...
10. Versibus recitātīs quid faciunt convīvae? ...
11. Quālēs versūs Paula audīre māvult? ...
12. Quōmodo Catullus Fabullum ad cēnam vocāvit? ...
13. Cūr hospitem suum rogāvit ut ipse cēnam afferret? ...

*Lēctiō tertia (versūs 155-217)*

1. Quālēs versūs scrīpsit Mārtiālis? ...
2. Num omnēs Rōmānī libellōs eius laudābant? ...
3. Cūr Mārtiālis Pontiliānō libellōs suōs nōn mīsit? ...
4. Cūr nēmō carmina Cinnae legēbat? ...
5. Num Sabidius amīcus Mārtiālis erat? ...
6. Quid tū Faustum puellīs scrībere putās? ...
7. Cūr dentēs niveōs, nōn nigrōs habēbat Laecānia? ...
8. Cūr Prīscus Paulam uxōrem dūcere nōlēbat? ...
9. Quālis fēmina ‘sē fōrmōsam et puellam esse’ dīcit? ...
10. Num Gellia patrem mortuum vērē lūgēbat? ...
11. Quamobrem vir pauper numquam dīves erit? ...
12. Quot epigrammata recitat Cornēlius? ...